

9 Sept. 1604 : S. Congregatio Concil. Trid. Bellarmino

---

Ill. mo Cardinali Bellarmino, Archiepiscopo Capuano.

Ubi Amplitudo Vestra Ill. mo ~~compositum habuit in tota~~  
compositum habuit, in tota civitate et dioecesi Sessuana  
unicum esse totius Cleri Doctorem, eumque talem, ut nec sum-  
mis quidem labiis sacros canones ac ius civile degustarit,  
nec etiam in foro aut in causis egentis ac disceptandis versatus  
sit; nec alios ullam, ut iuri dicundo praesse possit, experien-  
tiam sibi comparaverit; licuit plane Amplitudini Vestrae Ill. moe  
(quod prudentius fecit) alium confirmare, a Capitulo Sede  
episcopali vacante electum; qui etiam gradus doctoratus careat,  
praestet tamen auctoritate, prudentia atque in hoc munere  
bene gerendo experientia. Quiescat igitur is Doctor, qui etiam  
in publicis universitatibus, dum alii scientiae iuris strenue  
operam darent, discendi laborem repudiando, quietem egit, nec res  
diversissimas expetebat: voluptatem ignorantiae ac praetium virtutis;  
idque saltem ex universo iure in re praesenti nunc discat, Docto-  
rum iuris imperitum esse ac nullum. Amplitudo autem Vestra  
Ill. mo sciat summi in hac re decretum Ill. mo Cardinalibus Sacri Conc.  
Trid. Interpretibus undequaque probatum, ex (f. 222<sup>v</sup>) eumque sen-  
tentia uti iustitiae ac menti Concilii congruam, ab his ad  
quos pertinet esse observandam. Interim Amplitudini Vestrae Ill. moe  
memus proficere deosculor, aique me humiliter commendo.

Romae, die 19 Septembris 1604.

---

Arch. S. Congr. Concilii: Lib. IX Litt. Congr. f. 222<sup>v</sup>.